

extinguere dictum Censum, et solvere fructus decur-
 sos, et non solutos, et residuum adhibere pro omnibus
 aliis rebus necessarijs, et opportunis pro eius, et fa-
 milie victu hoc anno penurioso & Que Societas
 Sancte Marie Suffragij exhibuit dictam pecu-
 niam tradere, dummodo tamen accederet supradicta
 obligatio in solidum eiusdem exponentis, et non
 alias, aliter, nec alio modo & et ad effectum pre-
 dictum ipsa mulier tùm consulendo rebus proprijs
 cum etiam alimentis familie in necessitate con-
 stitute ob eius paupertatem, deliberavit in solidum
 cum dicto Viro, et fideiussione Philippi quondam Joan-
 nis Berardini Dominici, alias Ciardinà, se obli-
 gare, et tenere pro eorum victu, et familie ali-
 mentis in magna necessitate constitute, que
 necessitas denegare minime potest, ut eviden-
 ter D.S., et omnibus patet, et est nota & Et cum
 stante eiusdem exponentis femineo sexu ad
 huiusmodi impositionem devenire nequeat sine so-
 lemnitatibus ad validitatem contractus requisitis,
 illasque adimplere cupit cum decreto D.S., renuncijs
 infrascriptis, et cum consensu, presentia, et bona volun-
 tate dicti Josephi eius Viri, Nec non Dominorum Jose-
 phi Antonij, et Nicolai de Tassonis Civium de

Concilio